Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tenes· utilitate sentis· quid facies de his quę de celo uenerunt· utiq;
respondebis· et magos in egypto multa signa fecisse de celo·
Ipse autē ut uidit cogitationes eorū· dixit eis· Omne regnū in
se ipsū diuisū desolatur· et domus supra domū cadit· Non ad
dicta sed adcogitata respondit· Ut uel sic conpellerentur credo
re potentiā eius· qui cordis uidebat occulta· Si autē omne reg
nū in se ipso diuisū desolatur· ergo patris et filii et spīs scī· reg
nū non ē diuisū· qd sine ulla contradictione non aliquo umquā
poterit labefactari inpulsu· Si uero scę· et indiuiduę trinita
tis indiuiduū· immo quia indiuiduū manet regnū· distant
arriani· minorē patre filiū· minorē filio scm dicere spm·
Quia quorū unū est regnū· horū est et una magestas· Si autē
et satanas in se ipsū diuisus ē· quomodo stabit regnū ipsius·
Quia dicitis in beelzebub eicere me demonia· Hoc dicens excipsa
confessione uolebat intelligi· qd in eū non credendo· ut reg
no diaboli ēt delegissent· qd utiq; aduersū se diuisū stare
non posset· Cugant ergo pharisei qd uoluerunt· si satanas sata
nan non potest eicere· nichil contra dnm qd dicerent inue
nire potuerunt· Si autē potest· multo magis sibi pspiciant·
et recedant de regno eius· qd aduersū se diuisū stare non po
test· Inquo autē dnis xpc eiciat demones· ne demonia princi
pē existiment· attendant qd sequitur· Si autē ego in beelzebub
eicio demonia· filii uri inquo eiciunt· Ideo ipsi iudices
uri erunt· Dixit hoc utiq; de discipulis suis· illius populi
filius· qui certe dni nri discipuli ihu xpi· bene sibi conscii
fuerant· nichil se malarū artiū· a bono magistro didicisse·
ut in principe demoniorū eicerent demones· ideo inquit ipsi